



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLVIII. De modo efficiendi passionem Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

QVAEST. XLVIII.

ARTIC. I.

Act. Eth. c. 9. grauissimum ex genere

tom. 5. peccati, minus tamen ex circumstan-
tia ignorantia. Tertia est, Peccatum ge-
tilium fuit grauissimum ex genere pec-
cata, multo autem magis excusabile ex
ignorantia legis & scripturarum. Vbi vi-
dere potes ideo peccatum crucifixum
Christi esse grauissimum ex suo genere
quia ex suo genere, non fuit occiso
nolum hominis tam
excellens innocentie, &c. sed etiam Dei;
a med. 10. genus enim peccati ex obiecto seu mare
art. prae. in re rita, circa quam est,
suntur: illa autem occiso conflat, quod secundum rem ad
verbum incarnationis terminata est: perso-
na enim illa crucifixa, & mortua est.
Maior autem, & omnis granitas humas
grauissimi secundum le peccatum attenditur
ex parte ipsorum peccantium, ignoran-
ter vel scienter, ex maiori vel mino-
ri malitia peccantium.

Hom. 45. in Mat. in ope-
re imperiale liquentia
tie, &c. sed etiam Dei;
a med. 10. art. prae. in re rita, & in re
sponsione.

c. 94. secund. In responsione ad
ord. Bede, decimum ibi relinquuntur
circa prim.

In corp. 2r.

AD SECUNDVM dicendum, qd fecerat miracula in nomine Christi, accepta ab ipso potest, sicut certi Apotholi, & confessus est. Iesum Christum Matthaei decimo sexto, approbando responsionem Petri pro omnibus discipulis, Tu es Christus, &c. Et breviter supra malitiam communem sibi & principibus, habuit excellenter ingratitudinem, & supra genus peccati addidit superitudinem prædictionis. Ob quam in Psalmo grauissimum peccatum monstratur, cum dicitur: Quoniam si inimicus meus maledi-

phum in 5. Ethicorum. Nullus patitur iniustum uolens, & sicut ipse ibidem dicit, nullo paciente iniustum, nullus facit iniustum. ergo uolenti nullus facit iniustum: sed Christus uoluntarie est passus, ut supra habitum est. * non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi: & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.*

*SED CONTRA est, quod super illud Matthæ. 23. Et uos implete menturam patrum uestrorum, dicit Chrysostom. * Quantum ad ueritatem excesserunt mensu ram patrum suorum: illi enim oc siderunt homines, isti Deum crucifixerunt.*

*R E S P O N D E O. Dicendum, quod sicut dictum est, * principi per iudeorum cognoverunt Christum: & si aliqua ignorantia fuit in eis, sicut ignoranta affectata, que eos non poterat excusat. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia uoluntatis. Minor autem iudei grauissime peccauerunt, quantum ad genus peccati in aliquo tamen diminuitur corum peccatum, proper corum ignorantiam, unde super illud Luc. 23. Nesciūt quid faciūt, dicit Beda, * Pro illis rogar, quine scierunt quid facerent, zelū Dei habentes, sed non lecūndū scienciam. Multo autem magis fuit ex easibile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habentius.*

*AD PRIMVM ergo dicendum, quod excusatio illa Domini non refertur ad principes iudeorum, sed ad minores de populo, sicut dictum est.**

AD SECUNDVM dicendum, qd Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato, secundū illud Ioann. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omnium peccatum fuit maius, quam Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & etiam quam peccatum militum, qui mandato prædis, Christum crucifixerunt, non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes sacerdotum.

AD TERTIVM dicendum, qd Christus uoluit quidem suam passionem, sicut & Deus ea uoluit: iniquam tamen actionem iudeorum non uoluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusat. Et tñ ille, qui occidit hominem,

*F iniuriam facit, non solum homini occiso, sed etiam Deo & recipi bice: sicut etiam & ille qui occidit seipsum, vt Philosopher dicit in quinto Ethic. * vnde & David damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manū, vt occideret Christum domini, quamvis eo petente, vt legitur. Reg. I.*

QVAESTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

T Itulus clarus est recolentibus, in quo consistit meriti ratio, scilicet quod vendicet sibi ex debito premium. Et propriea passionis Christi operari nostram salutem per modum meriti, est operari sic, vt secundū iustitiam debetur sibi nostra salus.

CIRCA PRIMUM qd suntur sex. ¶ Primo, Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundo, Vtrum per modum satisfactionis.

¶ Tertiō, Vtrum per modum sacrificii.

¶ Quartō, Vtrum per modum redēptionis.

¶ Quintō, Vtrum esse redēptōrem, sit proprium Christi.

¶ Sexto, Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

A D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionem enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principiū est in ipso: ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

*¶ 2 Præterea. Christus ab initio sua conceptionis, meruit & sibi & nobis: vt supra dictum est: * sed superfluum est aliquem iterum mereri id, quod ante meruerat: ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.*

¶ 3 Præter. Radix merendi est charitas: sed caritas Christi non fuit magis augmentata in passione, quam ante: ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quam ante fecerat.

*xisset mihi, fuit
minus vnde, &
si is qui oderat me,
super me magna lo-
curus fuisset, abscon-
dens me forsan
ab eo: tu vero ho-
mo vnamis, dux
meus (quantum ad
loculos) & nōs
meus, qui simil me
cum dulces capias
cibos.*

*¶ Super quæ quadra
gesima dies articu-
lum primum.*

*Yrac. 104
Jo. non
cul. 1. 10*

quæ.

*Info. 62
5. & 1. 1.
sibi, sed omnibus
membris suis salu-
tem. Antecedens pa-
rt. ex superadit. 2. 16. 2. 1.
Prima consequentia. 2.
vt evidens perle re-
linquitur nota extermi-
nis. Et vere sic
est, penetrabit corpus mystici Christi esse, sicut unum
eundem hominem: secunda au-
tem consequentia 3. 1.
probatur ex eo, quod quilibet continuus
in gratia, patientis
propter iustitiam me
retur sibi salutem:
quod probatur Mathe-
tæ quinto. Beati
qui perfectionem.*

¶ In responsione ad

*primum vide, quod
licet facile potuisse
dici, quod non est
superfluum plures
mereri idem, quo-*

niam

QVAEST. XLVIII.

ARTIC. II.

159

nam est ex pluribus
meritis facere sibi
idem præmium de-
bitum & cōitā: quo
tibī hoc conting-
tūt. non p̄f. 10.4.1.
eul. a fīcō. 10.4.1.
gratia constitutus,
quilibet merito
meritorum uitam
eternam. Ut doceret
tamen Auctor neces-
fit. meriti per
passionem Christi ul-
tra meritorum per a-
lios Christi actus, di-
xit quod passio Chri-
sti addit supra prior-
itera: quia per
ipsum meruit Chri-
stus tollere impedimenta
nostrae talu-
tissimae enim tol-
le & culpam omni-
m, & poenam
tanauit nostrae
quam singularium
memoriorum suo-
rum.

In responsione ad
ultimo, adverte p̄
ulta utilitates nu-
meras in articulo
terto question. 46.
qui intulit passio
Christi ex ipso gene-
re operis, et inus-
tictus inferius ex-
pli ab Auctore,
dicit quod quia
patiens subtrahit a
se quod suum est
propter amorem il-
lus, pro quo patitur,
per hoc emit, ut si-
bi ex ipso operis ge-
nere debetur illo,
rum filii, pro qui-
bus se sua latuit pre-
uinit.

Supr. quest quadra
gēmōctaua arti-
culum secundum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄
passio, in quantum homini, non est
meritoria: quia habet principiū
ab exteriori: sed secundum quod
cum aliquis voluntarie sustinet,
sic hēt principiū ab interiori, &
hoc modo est meritoria.

AD SECUNDVM dicendum, q̄
Christus a principio suę cōceptio-
nis meruit nobis salutem eternā:
sed ex parte nostra erant quedam
impedimenta, quibus impideba-
mur consequi effectum præ-
cedentium meritorum. unde ad re-
mouendum illa impedita o-
portuit Christum pati, ut supra
dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, q̄
passio Christi habuit aliquem ef-
fectum, quem non habuerunt præ-
cedentia merita: non propter ma-
iorem charitatem, sed propter
genus operis, quod erat conuenientis
tali effectui, ut pater ex ratio-
nibus* supra inductis de conue-
nientia passionis Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum passio Christi causauerit no-
stram salutem per modum
satisfactionis.

AD SECUNDVM sic proceditur.
Videtur, q̄ passio Chri non
causauerit nostram salutem per
modum satisfactionis. Eiusdem
enim uidetur esse satisfacere, cuius
est peccare, sicut patet in

aliis poenitentię partibus; cuius-
dem enim est conteri & confiteri,
cuius est peccare: sed Christus
non peccauit, secundum illud 1.
Pet. 2. Qui peccatum non fecit: ergo
ipse non satisfecit propria pa-
titione.

Prat. Nulli satisfit per maio-
rem offendit: sed maxima offendit
fuit perpetrata in Christi passio-
ne: quia grauissime peccauerunt,
qui eum occiderunt, ut supra di-
ctum est.* ergo videtur quod per
passionem Christi non potuerit
Deo satisficeri.

Prat. Satisfactio importat æ-
qualitatem quandam ad culpam,
cum sit actus iustitia: sed passio
Christi non videtur esse æqualis
omnibus peccatis humani gene-
ris: quia Christus non est passus se-
cundum diuinitatem, sed secun-
dum carnem, secundum illud 1.
Pet. 4. Christo igitur passo in car-
ne. Anima autem in qua est pecca-
tum, posterior est quam caro. non
ergo Christus sua passione satisfe-
cit pro peccatis nostris.

SED CONTRA est, quod in
C persona eius dicitur in Psal. sex-
agesimo octavo. Quia non rapui,
tunc exoluēbam. Non autem exolu-
uit qui perfecte non satisfacit: ergo
videtur quod Christus patiente-
do, perfecte satisfecerit pro pecca-
tis nostris.

RE SPONDE O. Dicendum,
quod ille proprio satisfacit pro of-
fensa, qui exhibet offendit id, quod
æque vel magis diligit, quam odi-
rit offendit. Christus autem ex
charitate & obedientia patiendo,
magis Deo aliquid exhibuit, quā
exigebat recompensatio totius of-
fensa humani generis. Primo qui
dem, propter magnitudinem cha-
ritatis, ex qua patiebatur. Secun-
dō, propter dignitatem vitæ suæ,
quam pro satisfactione ponebat:
qua erat vita Dei & hominis. Ter-
tiō, propter generalitatem passio-
nis, & magnitudinem doloris as-
sumpti: ut supra dictum est.* &
ideo passio Christi non solum suf-
ficiens, sed etiam superabundans
satisfactio fuit pro peccatis huma-
ni generis, secundum illud 1. Ioan.
2. Ipse est propitiatio pro pecca-
tis nostris, non pro nostris au-
tem tantum, sed etiam pro totius
mundi.

AD PRIMVM ergo dicen-
dū, quod caput & membra sunt
quasi una persona mystica. & ideo
satisfactio Christi ad omnes fide-
les pertinet, sicut ad sua membra.
In quantum etiam duo homines
sunt unum in charitate, unus pro
alio satisfacere potest, ut infra pa-

In corpore una est
conclusio responsi-
ua quæsto affirmati-
ve. Passio Christi
non solum sufficiens,
sed superabundans
satisfactio fuit, pro
peccatis humani gene-
ris. Probatur ille
proprio satisfacit
offensa, qui illi exhibet,
quod æque vel
magis diligit, quam
odierit offendit: sed
Christus patiendo
Deo magis exhibuit
quam exigebat offendit.
q. preced. ar. 6.

¶ Adverte hic, quod
aliquid exhibuit of-
fendit, dupliciter potest
satisfacere. Pri-
mo, ex gratia offendit
acceptantis illud ex-
hibit pro suffici-
ti, quamvis illud in
se non esset sufficiens
pro satisfactione, si
cuī si rex pro iniuria
fibi fīcta acceptet
folam petitionem ve-
nia. Alio modo, ex
sufficiencia ipsius rei
exhibet: quia scilicet
illud exhibitum est
secundum fētā tan-
tā bonitatis, amabilitatis,
dignitatis & excellētias, ut adae-
quat offendit. q. 1. excedat,
sicut si pro offenda
debetur libra argenti, & dare-
tur libra auri. In pro-
posito est termino de
satisfactione secun-
dō modo, hoc est secun-
dum fētā: ita quod
sensus maioris est,
quod ille proprio sat-
isfacit, qui exhibet
offendo, quod secun-
dum fētā est magis ab offendo
dilectum, quam ex offendo
offensa. Et hunc sensum
manifestat minor, dicens quod
Christus plus exhibuit patiendo, quam
offensa recompensatio exigebat; ma-
nifeste enim hic com-
parantur secundum fētā
offensa, & passio
Christi. Vnde con-
cluditur quod Christi
passio secundum fētā
est satisfactio superabundans pro pecca-
tis humani generis, & ideo acceptata
a Deo, & non econtra, quia acceptata
ideo sufficiens. Et
hoc probant rōnes
literæ.

¶ In responsione ad

Q VAE S T. XLVIII.

primum, dubium occurrat circa ratione redditum; quare potest unus pro alio satisfacere, & non contigerit. At signatur siquidem in litera ratio, quia satisfactio est actus exterior. Contra quam in prompta est obiectio, quod confessio quoque est actus exterior, & propriea ratio est ita ut alia interficiantur quod unpotest contigerit pro alio; & quia hoc non est verum, sequitur quod ratio nihil natus.

¶ Ad dubium hoc dicuntur, quod aequalitudo hic accedit de actu exteriori. Nam actus exterior dupliciter dicitur, vel ut distinguatur abolute contra interiorum. Et secundum hunc sensum procedit obiectio: sic enim confessio est actus exterior: Alio modo sumitur actus exterior secundum medium, & sic distinguatur contra actum secundum medium interius, hoc est rationis tantum. Ut enim in moralibus patitur, dupliciter inveniuntur medium in actionibus nostris, vel medium rationis tantum, vel medium rei. Et medium rei exterior dicitur, quia in aequalitate rei ad rem constituit, medium autem rationis interior quodam modo dicitur; quia in proportione intrinsecus rationis in ordine ad operationem constituit. Quia autem satisfactio in aequalitate rei ad rem constituit, operari enim ipsam adaequare debet, ut patet. Ideo dicitur hic, quod constituit in actu exteriori secundum medium, & in hoc differt confessione a satisfactione in proposito. Et hinc proponit, ut Author dicit, quod satisfactio potest quis per alium, quoniam ad aequaliter externum solitudinem adhiberi possunt externa instrumenta, inter quae sunt amici non minus, quam pecunia. Satis factio autem externa sonat ad aequalitatem; est enim fac-

tibit. Non autem est similis ratio de confessione & contritione: quia satisfactio consistit in actu exteriori, ad quem assumi possunt instrumenta, inter quae computatur etiam amici.

AD SECUNDUM dicendum, quod maior fuit charitas Christi patientis, quam malitia crucifigentium. & ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quam crucifixores offendere occidendo, intantum quod passio Christi sufficiens fuit, & superabundans ad satisfacendum pro peccatis occidentium ipsum.

¶ Ad tertium dicendum, quod dignitas carnis Christi non est estimanda solum secundum carnem naturam, sed secundum personam afflimentum, in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

ARTICVLVS III.

Vtrum passio Christi operata sit per modum sacrificij.

AD TERTIUM sic procedit. Videtur, quod passio Christi non sit opera per modum sacrificii. Veritas enim debet respondere figura: sed in sacrificio iustitiae legis, que erant figure Christi, nunquam offereretur caro humana, quin nimmo haec sacrificia nefanda habebantur, secundum illud Psalmi centesimiquinti. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt scilicet Chanaan. ergo uidetur quod passio Christi sacrificium dicere non possit.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit in decimo de Civitate Dei, quod sacrificium usibile, inusibile sacrificii sacramentum, id est, sacramentum signum est: sed passio Christi non est signum, sed magis signatum per alia signa. ergo uidetur quod passio Christi non sit sacrificium.

¶ 3 Preter. Quicumque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, ut ipsum nomen sacrificii demonstrat: illi autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquod sacramentum, sed magnam malitiam perpetraverunt. ergo passio Christi magis fuit maleficium, quam sacrificium.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Ephe. quinto. Tradidit semper ipsum pro nobis, obla-

tionem & hostiam Deo, in odo rem suavitatis.

RESPON. Dicendum, quod sacrificium proprium dicitur aliquid factum in honore proprio Deo debitum, ad eum placandum. Et inde est quod Augustinus dicit in 10. de Civitate Dei, Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut charitate in honore Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo ueraciter boni esse possumus. Christus autem (ut ibidem subditur) ipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus, quod uoluntarie passionem sustinuit, Deo maxime acceptum fuit, ut pote ex charitate proueniens. unde manifestum est, quod passio Christi fuerit verum sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in secundi libro, Huius veri sacrificii multiplicia, uariaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum permulta figurarentur, tamquam verbis multis res una dicentes, ut sine fastidio multum commendaretur. Et cum quatuor considerentur in omnibus sacrificiis (ut Augustinus dicit in 4. de Trinitate.) scilicet cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus uerusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet ueritas respondeat figura, quantum ad aliquid, non tamen quantum ad omnia: quia oportet quod ueritas figura excedat. & ideo conuenienter figura huius sacrificii, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quae est perfectissimum sacrificium. Primum quidem quia ex eo quod est humana natura caro, congrue pro hominibus offertur, & ab aliis sumitur sub sacramento. Secundum, quia ex eo quod erat passibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertiò, quia per hoc quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quartio, quia ex eo quod erat caro ipsi offerentis, erat Deo accepta propter charitatem, suam carnem offerentis. unde Aug. dicit in 3. de Trin. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis, & quid tam mundum pro mundan-

re satius, id est sufficiens.

¶ Super quæ. quadraginta octavo articulus tertius.

TITULUS clarus.

In corpore tria. Primus respondet quod uerum sacrificium Christi fuit uerum sacrificium. Probatur: Omne opus quod agitur ut charitate in honorem Deo, relatum ad ipsum Deum, cui uerum sacrificium, sed Christus sustinuit do voluntarie passionem, egit opus acceptissimum, &c. ergo major probatur, & auctoritate Augustini id proprium dicitur sacrificium, quod fit in honorem Deo proprio debetur ad eum placandum.

Secundum, monstratur excellencia huius sacrificii, ex eo quod figuratur etiam per alia sacrificia. Tertiò, monstratur summa huius sacrificii excellentia, ex concursu opum quatuor resquitorum ad sacrificium in unumque. Christus est qui offers, & est Deus, cui offeratur, & est qui offers, & est pro quo, hoc est pro eius corpore mythico offers.

In responsione ad tertium, atque quod iuxta diversam modum inuenient faciem. In sacrificiis, non constituentibus in agere, inuenient faciem facrum ad extra ut patet in sacrificiis animalium & altaris. Sed in sacrificiis, que constituent in pari, inuenient facere facrum secundum actionem interiorum, quia sponte offers Deo suum pati. Et sic Christus fecit facrum actione interiori: occidit autem eius recte in ratione exteriori non facrum, sed sacrilegium maximum.

¶ Super

Inf. q.49.2r.
4. cor. & q.
73. ar. 4. cor.
& ad 3. &
81. ar. 1. cor.
& op. 60. ca.
18.

Lib. 10. c. 5.
paulo & pri
cip. 10. 5.

Universitätsbibliothek Paderborn

dis uitij mortalium, quam sine contagione carnis concupiscentiae caro nata in utero, & ex utero Virginali, & quid tam grata offerri & suscipi posset quam caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

AD SECUNDVM dicendum, qd Augu.* ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuralibus. Et est ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruan-
da nobis: secundum illud primae Pet. 4. Christo igitur passio in carne, & uos eadem cogitatione armant: quia qui passus est in carne, dicitur a peccatis, ut iam non hominum desiderii, sed uoluntate Dei, quod reliquum est, in carne uiuat temporis.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi ex parte occidentium, ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium unde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur, non autem illi, qui eum occiderunt.

*Super quatuor
septemtrionalia arti-
culum quartum.*

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum passio Christi operata sit no-
stram salutem per modum
redemptionis.*

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit uel redimit, quod huic non desit: sed homines numquam desierunt esse Dei, secundum illud Psalm. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. ergo uidetur, quod Christus non redemerit nos sua passione.

¶ 2 Prat. Sicut Aug.* dicit 13. de Trin. Diabolus a Christo iustitia superandus fuit: sed hoc exigit iustitia, ut ille qui inuasit dolose re alienam, debeat priuari: quia fratres & dolus nemini debet patrocina ri, ut etiam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolose deceperit, & sibi subiugauerit, videatur quod non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate.

¶ 3 Prat. Quicunque emit aut redimit aliquid, pretium soluit ei qui possidebat; sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostrae) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Christus sua passione nos redemit.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 1. Non corrumpitur auro, uel argento redempti estis de vana vita conuersatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Et Gal 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, in quantum pro nobis passus est in ligno, ut supra dictum est.* ergo per passionem suam nos redemit.

RESPON. Dicendum, quod per peccatum duplicit homo obligatus erat. Primo quidem, seruitute peccati, quia, Qui facit peccatum, seruus est peccati: ut dicitur Io. 8. & 2. Pe. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est, quia igitur diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruitus diaboli adductus erat. Secundo, quantum ad reatum peccatum, quo homo erat obligatus, secundum Dei iustitiam: & hic etiam est seruitus quedam: ad seruitorem enim pertinet, quod aliquis patiatur quod non uult: cum liberi hois sit uti seipso, ut uult, quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactione pro peccato, & reatu penitentie generis humani, eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberatus fuit ab ultraq. obligatione. Nam ipsa satisfactio, qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio, premium quoddam dicitur, quo seipsum uel alium redimit a peccato & a pena, sicut illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: Christus autem satisfecit non quidem pecuniariam dando, aut aliquid homini, sed dando id quod fuit maximum, scilicet pro nobis. & ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo dicitur esse Dei, dupliciter. Uno modo, in quantum subiectus potestati eius, & hoc modo numquam homo de sit Dei esse, sicut illud Dan. 4. Dominatur excelitas in regno hominum, & cuiuscumque uoluerit, dabit illud. Alio modo, per unionem charitatis ad eum, secundum quod dicitur Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo numquam homo desit esse Dei, secundo uero modo, desit esse Dei per peccatum. & ideo in quantum fuit peccato liberatus Christo passio satisfaciens, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

AD SECUNDUM dicendum, qd homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum, n. ad culam Deum offendatur, & diabolo se subdiderat, ei contempsit, & non erat factus seruus Dei sed potius a Dei uirtute recedens, diabolique seruitutem incurrit, Deo iuste hoc permittente, propter offensam in se commissam: sed quantum ad penitentiam, principiter homo erat Deo obligatus, sicut summo iudici, diabolo autem tamquam tortori, sicut illud Mat. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, id est angelo penarum crudeli, ut Chrysost. * dicit. Quamuis igitur diabolus iniuste, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum, sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam; iustum tamen erat hoc hominem pati. Deo permittente quantum ad culpam, & ordinante quantum ad poenam: & ideo per respectum ad Deum, iustitia exigebat, quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

AD TERTIVM Dicendum, quod quia redemptio requirebatur ad hois liberationem per respectum ad Deum, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium soluendum diabolo, sed Deo: & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostrae redemptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

ARTICVLVS V.

*Vtrum esse redemptorem, sit
proprium Christi.*

*Super quatuor quinque
articulos quinto.*

AD QUINTVM sic procedit. Itulus ut sonat, sumendum est, ita dicitur. Videtur, quod esse redemptorem, non sit proprium Christi, sicut illud Christus sumitur, ut distinguiatur a Patre, & Spiritu.

*3. dist. 19. art.
4. q. 2.*

QVAEST. XLVIII.

ARTIC. V.

Spiritu sancto, & ab alijs sanctis. Et est sermo de redemptione universalis humani generis, quam dictum est in praecedenti articulo esse effectum passionis Christi.

T In corpore sunt duae conclusiones. Prima est: *Est redemptorem immediate, est proprium Christi, in quantum homo. Secunda est: Re*

potes attribui toti Trinitati, ut prima cause. Probantur ambae simul. Vtrumque horum felicitatis actus solutionis, & premium solutum, pertinet immediate ad Christum, in quantum homo, & ad totam Trinitatem ut priam causam. ergo Assumptum pro

prima parte probatur, quia premium nostrae redemptiois est vita corporalis Christi, quam ipse Christus excolauit. Pro secunda uero; quia uita corporalis Christi erat Trinitatis, ut prima causa, & ipsa Trinitas inspiravit animam Christi, ut poneret uitam suam pro nobis. Consequentia autem probatur: quia ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur: & quod ipse soluat, & quod soluat de suo. Et

primum quidem patet: quia si de aliis redimeret, magis redimeret dominus noster, quam illi soluens, ut patet

in his, qui dicitur eleemosynis redimunt capitios.

T Adiuere hic, quod conuenientium Christo mediante humana natura, duplex est differentia. Quodam enim sunt dispositiones effendi aut patiendo, ut esse calidum, mansuetum, flagellatum, crucifixum, tristum, & huiusmodi & iac. omnino sunt propria Christi, ut distinguatur a Patre & Spiritu sancto. Quodam uero sunt actiones, ut docere, lanare, redimere, saluare, &c. & de his alter est dicendum secundum rem, & alter secundum nominum appellationem. Nam secundum rem, dicendum est, quod actio duplificiter sumitur: scilicet personaliter. Et hoc est dictum, actionem Christi sumi posse, ut secundum quod est actio a filii eius cibentibus exiens, & sic qualibet talis Christi actio est effectuaria a rotula Trinitate medietate, & ab humanitate Christi immediate: tota soliditate Trinitatis salvatores genus humanum, & sanauit infirmos, suicit mortuos, &c. ita quod infra limites causalitatis stando, non magis verbum quam Pater, & Spiritus sanctus salvauit, sanauit, docuit, &c. quia indistincta sunt opera Trinitatis ad extra.

Alio autem modo, scilicet personaliter sumpxa huiusmodi actiones (hoc est ut terminantur ad hypostasim cuius sunt non dico ut causae, sed ad hypothesis seu personae) sic sunt proprie filio, ita quod nec Patri nec Spiritu sancto conuenient: ita enim personaliter filius Dei docebat, sanabat, redimebat, salvabat per assumptionem humanam naturam, quod nec Pater nec Spiritus sanctus personaliter haec operabatur: nam ille homo docens, sanans, salvans, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater nec Spiritus sanctus, nec Trinitas.

Secundum uero nominum denominationem considerandum est, an nomine de quo scribitur, importat principaliter actionem ut exercitem a causa, an actionem ut recipiat hypothesis cuius est, an utrumque: la. n. que principaliter recipiunt causam, inter communia toti Trinitati comparanda uidetur, ut mortuos suscitare, miracula facere & reliqua actiones, quas Christus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione deitatis. Illa uero que

H determinant hypostasim principaliter, inter propria computanda sunt: ut prudicare, ambulare, admirari, videre & huicmodi. Quae autem medio modo, & ad causam, & personam referri indifferenter aut quasi indifferenter se, permittunt, distinctione digna sunt, & in horum numero locastre videtur. Autem redem-

R E S P O N D E O dicendum, quod ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum. si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostra est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quae est in fanguine, quam ipse Christus exolut: vnde utrumque istorum ad Christum pertinet immediate, in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam, & remotam, cuius erat, & ipsa vita Christi, sicut primi actoris, & a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, ut patetur pro nobis: & ideo esse immediate redemptorem, proprium est Christi, in quantum est homo: quamvis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut prima causa.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod Glos. * hoc sic expone, Tu dominus Deus veritas, redemisti me in Christo clamante: In manus tuas domine, commendabo spiritum meum! Et sic redemptio immediate pertinet ad

I te, est commune Trinitati: redimere autem personale, est proprium Christi: quia personaliter loquendo, sola Christi persona, & de solius sua persona preto redemit genus humanum, ut patet ex dictis.

T In responsive ad tertium, dubium occurrit circa illud, Passiones sanctorum proficiunt ecclesia non per modum redemptoris, tum quia hoc est contra ipsum autorem in quarto sententiad finitio 20. vbi thesauri una ecclesia: ex quo indulgentiae efficacia habent, passiones sanctorum contineat dicit: tum, quia hoc idem Clemens sextus in extranaganti de Iubile quinquagenario expresse dicit. Constat autem passiones per indulgentiam applicatas per modum satisfactionis, ac per hoc redemptoris proficerent ecclesie, igitur.

K Ad hoc dicitur, quod sententia huius literae non est contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex thesauris meritorum Christi & sanctorum, quam esse Romanæ Ecclesiæ doctrinam & ab omnibus amplectendam nuperime sanctissimum dominum nostrum Iesum decimus per suam decretalem ad me nunc in Germania legatum, significavit in hac verba (adhibitis censuris contra praedictantes oppositum, ut quidam iam cooperant.) Per presentes tibi significandum diximus, Romanam Ecclesiam, quam reliqua tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse Romanum Pontificem Petri clavigerum successorem, & leisu Christi in terra Vicarium, potestate clavium, quare eti aprire regnum coelorum, tollendo illius in Christi fidibus impedimenta culpam scilicet, & poenam pro actualibus peccatis debitam, culparum quidam mediante sacramento penitentie, poenam uero temporalem pro actualibus peccatis, secundum diuinam iustitiam debitam mediante ecclesiastica indulgentia posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, sine in hac uita sine, que in purgatorio indulgentias ex superabundancia meritorum Christi & sanctorum; & tam pro uiris quam pro defunctis Apóstolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum

rum Iesu Christi, & laetorum dispensare, & per modum abolutionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii illam transferre conueniente, ac properere omnes tantum, quam defunctiones, qui uteretur oculis indulgentias huminimo confecundari fuerint, a tanta temporali poena licet dum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quata concessio & acquirentia indulgentie equivaleret. Et pro ab omnibus tenebris & praedicatione debe re, libo excommunicacionis latere sententia penae, a qua illum incurrentes ab

Infra 4.14.15. Co. 8.10.11. ad Pontificem, nisi in 14.15.16. mons articulo, neque absolutionis beneficiis obtingere auctoritate apostolica earundem uero presentium decernimus. Hec id. Sed intendit Auctor de passiblione sanctorum absolute, in quod inter passiones Christi, & sanctorum multiplex in propenso traditur hic differentia. Prima est in verbo, passiones nam passiones Christi absolu-

tae sunt: passiones autem sanctorum non absolute (ut hic dicitur) sed superflue tam facilius faciunt pro nobis, ut in 4. fent. & in dicta extrava gante contineatur. Secunda est in uerbo redemptionis: quoniam passio Christi redemptio simpliciter: quia a leuitute culpe & poenae: passiones vero sanctorum non nisi secundum quid redimunt, scilicet a poena quadam scilicet temporali, & adiuuatu peccati debita. Tertia est in verbo proficiunt: quia passio Christi pro deli Ecclesie per modum redemptionis, etiam si nulla clavis Ecclesie intercedat: sed passiones sanctorum non pro me satisfaciunt, nisi cum auctoritate mihi applicentur. Tot ergo limitatio ibus opibus cum sit ad ueritatem dicendum, quod ali quae passiones san-

ARTICULUS VI.

Vtrum passio Christi operata sit nostrā salutem per modum efficientiae.

AD SEXTVM sic proceditur. Videlicet quod passio Christi non sit operata nostrā salutem per modum efficientiae. Causa enim efficiens nostrę salutis, est magnitudo diuinarum virtutum, secundum illud Isa. 59. Ecce non est abbreviata manus eius, ut saluare non possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate, ut dicit 2. ad Cor. 13. non ergo passio Christi efficienter operata est nam salutē.

P2 Præt. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, unde et & Christus tangendo mundauit leprosum, ut ostenderet carnē suam salutiferā virtutem hīc, sicut Chrysostomus dicit *

Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

P3 Præt. Non vñ eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiae, quia ille qui meretur, expectat effectum a alio: sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti, non ergo per modum efficientiae.

SED CONTRA est, quod df. 1.

ad Cor. 1. quod uerbū crucis, his qui salui sunt, est uirtus Dei: sed

virtus Dei efficiēter operatur nostram salutem, ergo passio Christi in cruce efficiēter operata est nostram salutem.

REPO N. Dicendum, quod duplex est efficiens, principale, & instrumentaliter. Efficiens quidē principale humanæ salutis est Deus. Quia nero humanitas Christi est diuinatis instrumentum (ut supra dictum est) ex consequenti oculis actiones & passiones Christi, instrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad salutē humanam. Et secundum hoc, passio Christi

hominem Christum: principali ter autem ad Deum.

AD SECUNDVM dicendum, quod premium redempcionis nostra homo Christus soluit immediata: sed de mandato patris, sicut pri mordialis actoris.

AD TERTIVM dicendum, quod passio sanctorum proficiunt Ecclesie, non quidem per modum redempcionis, sed per modum exempli & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione & salute.

ARTICULUS VI.

Vtrum passio Christi operata sit nostrā salutem per modum efficientiae.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem uirtutem ex diuinitate unita. & ideo per spiritualem contactum efficaciam fortuit, scilicet per fidem, & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli, Quem proposuit Deus pro pitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi, secundum quod

Comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiae: in quantum vero comparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti: secundum uero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur a reatu poenæ: per modum vero redempcionis, in quantum per eam liberamur a seruitute culpe: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconciliatur Deo, ut infra dicetur. *

QVAESTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi.

Et circa hoc queruntur sex.

Primò, Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

Secondò, Vtrum per eam simus liberati a potestate diaboli.

Tertiò, Vtrum per eam simus liberati a reatu poenæ.

Quartò, Vtrum per eam simus Deo reconciliati.

Quintò, Vtrum per eam sit nobis aperta ianua celi.

Sextò, Vtrum per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICULUS I.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

AD PRIMVM sic proceditur. Vtrum, quod per passionem Christi Tertia S. Thomæ.

etorum profunt Ecclesie per modum redempcionis: ac per hoc affirmativa non nisi secundum quid sit uera, potuit absq; uillo veritatis prædicatio negativa simpliciter, & absolute asseri, dicendo quod passiones sanctorum non profunt ecclesiæ per modum redempcionis. Et cum veritate: illius negativa stare iam patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis sanctorum.

Super Questionis quadragesima etiæ Articulum sextum.

Tertius clarus ut sonat.

In corpore est una distinctione bimembri cum duabus conclusionibus, iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis, uel instrumentalis, prima conclusio est: Causa efficiens principalis nostra salutis est Deus. Secunda est: Passio Christi est causa efficiens instrumentalis, taliter uirtute dei tatis ad salutem humanam, ergo passio Christi efficienter causat nostrā salutē.

Adverte hic & per responsive ad secundum df. 1. quod passio Christi ut Author dicit, tenet locū medicinae.

Et quemadmodum medicina corporaliter adhibita infirmo instrumentaliter faciat, ita passio Christi spirituali contactu fidei, seu fidei sacramentis adhibita nobis, faciat nos etiā instrumentaliter.

Differentia autem est, quia medicina corpora adhibita, fit instrumentum naturæ ipsius infirmi: medicina autem passionis uenit illius instrumenti destratis, & folia adhibitione per fidem seu sacramenta eget ad hoc, ut nos faciat.

Super Questionis quadragesta nona Articulum primum.

Tertius intelligit 3. di. 19. ar. 1.

X p. 112.